



**Speculum Privilegiorum Regularium In Communione**

**Pedro <de los Angeles>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1681**

§. IV. Quos effectus habeat immunitas Ecclesiæ hactenus stabilita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61715](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61715)

dem in qua asservatur Eucharistia, non gaudere immunitate, cum sacrilegus aperte delinquit in personam supremi Principis; adeoque committat delictum exceptum in Bulla Gregorij; mihi minus probatur, cum sumus in materia pœnali, quæ non debet ampliari ultra verborum proprietatem, & Greg. in excipiendo hoc delicto loquatur de offensione corporali, illata Principi humano; non autem de injuria facta Deo, qualis est ea, de qua hic hactenus ille.

## §.IV.

*Quos effectus habeat immunitas Ecclesie hactenus stabilita.*

Reus ab Ecclesia per vim extraquis, adhuc illius gaudet immunitate.

109. PRIMUS, & præcipuus hujus immunitatis effectus est, ut reus ad Ecclesiam confugiens, in ea capi, aut ab ea invitus extrahi non possit. *I.2.C.de h̄o qui ad Ecclesiam confugiunt, cap.inter alia, de immun. Eccles.* Sed si ipse libere exeat, à judice capi, & incarceraſi poterit, (quia jam non invitus extrahitur) nisi forte necessitate aliqua coactus exeat. Unde si per vim ab aliquo extractus esset, non poterit à judice capi, sed Ecclesiæ restitu debet, quia extractio violenta reo præjudicare non potest. Et quamvis judex non esset hujus violentæ extractionis particeps; violaret nihilominus Ecclesiæ immunitatem, si reum sic extractum caperet: quia continuaret illam violentam extractionem, & reum Ecclesiæ non resti-

tueret, in qua adhuc moraliter esse censerur, quandiu violenter ab illa extractus reinetur. *Valentia tom. 3. disp. 6. quest. 11. in resp. ad 2. Farinacius in appendice, de immunit. cap. 2. num. 5.* *Palaus tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 11. num. 2. §. At si blanditijs, vel dolosis verbis inductus reus à loco sacro exeat; potest capi à judice, & puniri, quia jam non est violenter extractus, & sola violenta extractio in juribus dictis prohibetur. *Lezana tom. 2. verb. immunit. num. 18. Pellizzar. tract. 8. cap. 5. sect. 1. num. 38. Bonacini. disputatione tertia. quest. 7. §. 2. versus sexto. Fagundez in 2. Ecclesie precept. lib. 4. cap. 4. Suarez lib. 3. c. 18. n. 2.**

110. Secundus effectus est, ne reus in Ecclesia existens, vinculis alligetur, vel alio modo personaliter vexetur: quia hoc esset ex loco sacro carcerem facere, quod prohibetur ex presē, *cap. definitivit. 17. quest. 4. ibi: nec ipsi aliqua vis, nocibitas, aut damnum inferatur. Tertius, ne fugienti ad Ecclesiam impediantur alimenta, vestitus, & reliqua vita necessaria. I. presenti, C. de his, &c. enim dicto c. definitivit; hoc sicut etiam esset per indirectum à loco sacro extrahere. Unde fit teneat Ecclesiam, vel Monasterium, i. inde necessariis providere, si alias ipse non habeat proprium, vel si habeat, eo uti non possit, dicta t. presenti, §. sane. Tum ob illam regulam charitatis: Si non pavisti, occidisti. Tum etiam: quia debet Ecclesia reum non derelinquer cogatur, ne coactus inedia le curiae seculari tradere cogatur, aut peire.*

Nnn 2 Azor.

Azor. 2. part. lib. 9. capite 9. quest. 13.  
Lezana num. 23. Farinacius cap. 19.  
num. 299. Palaus punct. 11. num. 7.  
§ Quartus, ne bona delinquentis,  
quaecum ad Ecclesiam tulerit, au-  
ferantur, cap. definitiv. 17. quest. 4. Si  
autem bona, quaecum tulerit, aut sive  
aliorum, aut aliis obligata, poterit a  
judice eis spoliari, quia hoc non es-  
set ei nocumentum inferre; sed ne  
ipse alijs nocumentum inferat impe-  
dire, sicut ob hoc ab eo arma pro-  
hibita tolli possunt. Suarez cap. 12.  
num. 3. Pellizzar. num. 38. Bonacin.  
§. 5. vers. Tertius effectus. Farinacius  
num. 100. Lezana num. 18. quicquid ait:  
(In quo tamen video sacram Congre-  
gationem Episcoporum, & Regu-  
larium 14. Novembr. 1636, prae-  
cepisse bona posita in loco immuni  
in praetorium creditorum, deponi  
debere in loco non immuni, & die  
9. Martii 1635. praecepisse Vicario  
generali Mediolanensi, ne talia bona  
detineri permitteret in loco immuni  
in praetorium creditorum. Item 12.  
Decemb. 1642. praecepisse, ut ex qua-  
dam Ecclesia extaherentur bona, eo  
transportata in fraudem creditoris,  
confignanda tamen judicii compe-  
tentia.)

Qualiter  
in Eccle-  
sia exi-  
stens  
posit  
judicia-  
liter  
con-  
demnari  
III. Quintus effectus est, ne reus  
dam in Ecclesia existir, damnetur ad  
mortem, vel ad aliam penam cor-  
poralem, ut ad exilium vel non tri-  
remes, servitutem, flagellationem,  
&c. capite Inter alia, de immunit. cap.  
constitutus 17. q. 4. Verum ex con-  
suetudine videtur receptum, cum  
reus confugit ad Ecclesiam, quod  
judex in eum inquirat ac illum citari

faciat, & si non compareat, in eum  
tanquam in absentem proferat sen-  
tentiam: quam tamen non potest  
mandare executioni, ob Ecclesiam im-  
munitatem. Farinacius quest. 28. de  
carcerib. num. 77. in fin. Pellizzar. num.  
38. Palaus num. 11. § Sextus ut extra-  
ctus extra casus in jure exceptos, ante  
omnia debeat Ecclesie restituui, cap.  
miror. 17. quest. 4. ob regulam gene-  
ralem, quod spoliatus ante omnia est re-  
stituendus. Nec statim facit judex jura-  
mentum faciendo de securitate rei,  
& quod eum corporaliter minime  
puniet: quia prius debet Ecclesie,  
quaecum spoliata fuit, satisfacere. Suarez  
lib. 3. cap. 13. num. 6. Farinacius in ap-  
pend. de immun. capite 2. num. 49.  
§ Sufficit autem, quod reus cuicunq[ue] Ecclesie restituatur, si in illa  
aetate securus, ac in ea a qua extra-  
ctus est, existat. Nec requiritur, quod  
tali materiali Ecclesie restituatur:  
quia hoc privilegium unicum est pro  
omnibus Ecclesiis. Unde sicut inju-  
ria uni facta, omnibus fit; sic satisfa-  
ctio uni praestita, omnibus praestatur.  
Bonacin. §. 5. circa finem. Palaus n. 13.  
Pellizz. n. 38.

112. Septimus effectus est, quod  
si reus de facto ab Ecclesia extrahe-  
retur, talis extractio nulla esset, &  
omnes actus ex illa sequuti, ut expre-  
sse habetur in Bulla Gregoriana; quia  
reus in Ecclesia existens extra casus  
exceptos, est extra jurisdictionem ju-  
dicis secularis, & sic cum eum invi-  
tum extrahit, non exercet in illum  
actus jurisdictionis sed ty. annidem.  
Unde omnia subsequentia sunt nul-  
la: nec potest reum citare, interroga-  
re,

re, torquere, aliudve in illum judiciale quidquam facere; quia hæc omnia prius jurisdictionem in reum exigunt, quam sacrilegâ, & injustâ capturâ non acquisivit. Suarez lib. 3. cap. 13. num. 1. 5. Farinacius cap. 20. num. 221. Lezana num. 18: Pellizz. num. 39. Bonacini. §. 5. num. 2. Palaus punct. 11. num. 14. § Quid vero teneatur judex reo restituere omnia damna ex tali violentia extractione sequuta, qui-dam etiam affirmant, eo quod reus jus habeat ne in loco sacro capiatur, & sic peccat contra justitiam commutativam, illum extrahens. Suarez, Lezana, Palaus, Bonacina, locis citatis. Sed immerito: quia hoc privilegium non est reo concessum, sed loco sacro: estque locale, non personale. Unde reus nullum jus haberet, ne in loco sacro lœdatur: & sic judex solum peccat peccato sacrilegij contra reverentiam debitam loco sacro, non peccato injustitiae contra ius rei: quod expresse docuit D. Thomas 2. 2. quist. 99. art. 2. ad 3. Ubi ut probet posse dari sacrilegium, quod non sit simul iniquitatis, aut habeat aliam speciem peccati annexam, ponit exemplum in judice extrahente reum ab Ecclesia, his verbis: *Ad terrium dicendum, quod sacrilegium interdum inventur separatum ab aliis peccatis, eo, quod actus non habet aliam deformitatem, nisi quia res sacra violatur: puta si quis judex capiat aliquem de loco sacro, quem in alijs locis licite capere posset.*

Non debet reus ab Ecclesia ar-

quia vim vi repellere licet. Sed hæc misresistentia à personis Ecclesiasticis fendi, fieri non debeat per arma, aut bellum; sed cetera non est defendenda Ecclesia suris more castrotum, scilicet armis materialibus, quæ Ecclesiasticis sumere non licet, cum inde forsitan majora scandala, & mala oportura sint; sed armis spiritualibus; videlicet, excommunicatione, & alijs censuris, si ibi adsit, qui eas in sacerulares fulminate valeat; & claudendo ostia, abscondendo reum, eumque de manibus ministrorum tollendo, illisque intimando pœnas, & censuras contra violatores Ecclesiae in jure sanctitas, & quælibet alia media apponendo ad tollendam vim absque bello activo. Fagundez 2. præcept. Ecclesia lib. 4. cap. 4. num. 59. Pellizzar. numero 38. Bonacini. §. 5. in principio. Lezana numero 22. Si vero armis Ecclesiastici resistenter, & inde mors, aut mortaliter sequeretur, irregularitatem proculdubio incurret.

## §. V.

*Quam pœnam & culpam incurvant, in-  
abitie extrahentes delinquentes  
à loco sacro.*

114. **C**Ravissimam culpam mor- **Pœna**  
talem sacrilegij committere mortis, violatorem immunitatis Ecclesiae, & alijs, nulli dubium est: quia divinam offendit majestatem, qui ejus domum Eccle- violat, & profanat: & sic reputatur siam est hoc crimen lætæ majestatis Divinae: plecten- ob idque ex jure civili, pœna capita- dus.

Nnn 3 li,